


M I P S W R

1 6 7 3



28/7/1004

~~A. V. 65~~

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

[A. 139.

SIGNAT. CLVCCXIII.



METRICA
HEBRÆO-
RUM,

tàm vetus, quæ in
sacris Literis adhuc reliqua est:
quàm nova, quæ hodiè à Christia-
nis, & Judæis communiter
usurpatur:

Methodicè comprehensa & exposita

P E R

M. LAURENTIUM FABRICIUM
DANTISCANUM, Wittenbergæ per
multos annos Hebrææ Linguae
Professorem.

ESAIÆ II. vers. 5.

זָמְרוּ יְהוָה כִּי גָאֹרַת עָשָׂה
סִדְעָה זָמַרְתָּ בְּכָל הָאָרֶץ :

*Psallite J E H O V Æ, quia magnalia fecit:
Notum sit illud in universa terra.*



Exscripsit prelo suo Typographus
Academiæ Witteb. CHRISTIANUS
THAM, Anno M. DC, XXIII.



ALLOQUIUM

M. LAURENTII
FABRICII DANTISCANI,
HEBRÆÆ LINGUÆ WITTEN-
BERGÆ per triginta annos Profes-
soris, & facultatis Philosophicæ, ac
totius Academiæ Senioris, ad con-
cives, & conterraneos suos, qui jam
hîc in castris musarum moran-
tur, amicos suavissimos,
tàm Dantiscanos

DANIELEM SCHEVEKEN.
JOHANNEM MÖCHINGE-
RUM.

MARTINUM BANZINIUM.
PETRUM WIEBERS.
HENRICUM NICOLAI.

*Adjungo Dantiscanis meis, duos
Marienburgenses vicinos no-
stros*

MICHAELEM WERNERUM.
PETRUM WUNDERLICH.

A 2

Quàm

Quam Regiomontanos

CHRISTOPHORUM
ALBERTUM &
GEORGIUM

{ à Künheim/
è nobili
profapia
ortos. *

M. ISAACUM HALBACH.
M. GEORGIUM PETERSEN.
CHRISTOPHORUM THILO.
JOHANNEM BARTHIUM.

* Hi Künheimii sunt ex illâ celeberrimâ nobilium Borussorum familia, quæ multis fulget virtutibus domi forisque; quæ etiam hoc nomine exterioribus nationibus innotuit, quod Georgius à Künheim / sub initium repurgatæ doctrinæ, per D. Martinum Lutherum factæ, ad testandum suum erga Evangelium Christi amorem D. Lutheri filiam, in uxorem duxit. Quod factum omnes viri Evangelici tam diu semper celebrabunt, quàm diu Evangelium Christi, vindicatum à tyrannide Pontificis, incontaminatum, manebit.

Flos



Vos juvenum Borussiae,
 sacerdotum, qui hoc tempore
 in Leucorea Academia mi-
 litatis, & in id toti incum-
 bitis, ut revertentes, divitias novas
 in patriam importetis. Unum enim
 hoc agitis, ut omni pretiosa suppellecti-
 le, pietatis, artium & ecclesiasticarum
 linguarum cognitione, ditati, vestram
 patriam, vestris liberalibus mercibus
 adimpleatis. Ideo hic veram Jesu
 Christi religionem, per Divinum vi-
 rum Martinum Lutherum, Theol. Do-
 ctorem, à sordibus pontificiis abster-
 sam, & à qualibet secta liberatam, im-
 bibitis, eamque contra quasvis hostium
 irruptiones, defenditis, conquistis
 armis $\Theta\upsilon\lambda\alpha\kappa\lambda\eta\gamma\iota\sigma\iota\varsigma$, & $\alpha\mu\upsilon\nu\tau\eta\gamma\iota\sigma\iota\varsigma$, qui-
 bus hostes propulsetis, & hanc doctri-
 nam integram & sartam conservetis.
 Ad hanc militiam non parum vos in-
 struant Theologia & omnes artes di-
 cendi,

dicendi, cum omnibus illis, quæ vitam ad honestè degendam, cum omni liberali scientia, informant. Non verò minimum apicem sibi vendicant lingue Ecclesie, Latina, Græca & Hebræa, sine quibus veritas cœlestis doctrina, nec acquiri, nec conservari potest. Ideò unusquisq; vestrum, post Latinam & Græcam Linguam, quarum cognitionem in patris Lyceis hausistis, etiam Hebræe notitiam adjungere studetis, quam & amore prosequimini, & arctioribus amplexibus complectimini. Vos igitur omnes, cum hoc meo testimonio in patriam propediem redibitis, & quisq; suo loco, hanc linguam omnibus piis commendabit, & alios docebit. Duo verò sunt, de quibus vos prius maneam: Alterum est, quid de Poësi seu metrica Hebræorum statuendum: Alterum, quomodo Hebræa lingua, in asservanda religionis puritate, & in falsa etærodoçia demolitione sit utendum.

Metri-

ALLOQUIUM.

7

*Metricam Hebraeorum nostri maiores, totam cum musicâ veteri Israë-
litarum intercidisse putabant. Sed ra-
tio à musicâ sumpta, plurimum fallit.
Nam hæc, & metrica multum dif-
ferunt: illa consistit in sono, hæc in scri-
ptione: Sonus volitans, evanescit, at
litera scripta manet. Si de veteri Me-
tricâ, nihil est reliquum in libris sa-
cris, nihil quoq; superstes erit metrico-
rum librorum.*

*Verum metrici libri, Job, Salomonis,
& aliorum sacrorum vatum extant.
Quomodo ergo metra Hebraeorum pe-
rierint? Extat Psalterium Davidis: su-
persunt Proverbia Salomonis, mansit
Jobi afflictissimi historia, metricè
scripta.*

*Sed cujusmodi, & qualia metra
Hebraeorum sint in sacro vel Sermone,
id merito quæritur. Si sacra metrica
judicatur juxta metra Latinorum,
aut Grecorum, judicium illud omnes
fallit. Prisci enim Hebræi externorum
populorum poësin prorsus non cura-
runt,*

A 4

runt,

runt, composuerunt autem metra, more sue gentis, ad imitationem maximi sui ducis Mosis, qui Jobi secutus Poësin, quos omnes deinde secuti, quicunq; metra composuerunt. Hæc omnia doceo in hoc tractatu metrico: in quo etiam consilium meum aperui, quomodo Poësis Hebræa sit primò exercenda: Et quo loco nova illa Poësis hodiernorum Judæorum, admodum pauperrima, quâ nullus integer liber scriptus, hodiè cernitur, sit habenda.

Alterum est, ô corcula suavissima, de usu Φιλανθρωπῶς ἔκτασις tam preservativo, ne pius animus pravâ religione inficiatur: quam depulsivo, quo ἐπεροδοξία, in perniciem Ecclesiæ introducta, Et diutius usurpata, sit fortiter retundenda, ut destructâ falsitate, suus nitor scripturæ restituatur. Nemo enim est, cui illa, Calva quidem, sed lethaliter omnes fidei articulos inficiens non sit notum: Deum ab æterno suo consilio decrevisse minimam partem hominum, per substrata media, velle salvare.

ALLOQUIUM. 9

salvare. Horrendum hoc dogma variâ cerussâ fucant. Ex toto illorum armamentario, unum jam testimonium plenius excutiam, reductum ad fontes Hebraeos.

Argutatio illorum hoc enthymemate comprehendi potest: Deum paucos velle salvari: quia paucorum misereatur, paucis etiam gratiam salutis largitur. Suum ut obtineant $\sigma\upsilon\mu\pi\acute{\epsilon}\rho\sigma\mu\alpha$, adhibent probationem ex Mosis Exodo, cap. 33. v. 19. Misereor cuius misereor: & clemens ero, cui clemens ero. Si paucorum inquit misereatur, aut paucisq; est clemens, non omnium hominum tangitur misericordiâ, ut eos per media ad salutem aeternam promoveat. Achilleum & prorsus indissolubile ipsis videtur hoc argumentum, quod etiam quam plurimos torsit, dubiosq; reddidit. Hunc Gordium nodum Sancti patres & nostrates, variè solvere soliti sunt. Omnes verò in voce $\gamma\omega\mu$ hærent, ea personam non rem notari putant. Ambrosius ait,

A 5 ser.

sermonem esse de illis, qui recepturi sint gratiam. Augustinus de illis, qui credituri sint in Christum. Chrysostomus: de occisis & servatis, esse sermonem. Alij verò de solo Mose hac verba intelligenda esse, hisce rationibus permoventur. 1. Quia hac verba coherent proximè cum illis, bonum Dei donum, hunc populum processurum. 2. Idè phrasim indicat. 3. Quia jam nulla distinctio est, inter populum, idololatriis jam punitis. 4. Deus omnibus erat reconciliatus. 5. Omnes superstites in Canaan duci jubentur. 6. Omnes depositis monilibus, humilitatem & pœnitentiam suam, testatos. 7. Quia jam Deus de solo Mose loquitur, & circa suum favorem, ut eum Mosei testatum faciat, occupatur. 8. Quia hoc unice agit Moses, ut Deus argumentis perspicuis, iisq; pluribus testatum faciat, & Mosen, & populum esse in Dei gratia. Hæ rationes evidentissime probant, Deum cum solo Mose loqui, sine ullâ distinctione populi. Sed præter hæc rationes.

rationes.

ALLOQUIUM.

II

rationes, etiam textus Hebraeus id
clare ostendit, cujus haec sunt verba:
וְחַנּוּתִי אֶת־אֲשֶׁר אֲחִיּוֹן וְרַחֲמֵי אֲרָם
וְחַנּוּתִי אֶת־אֲשֶׁר אֲחִיּוֹן gratiam exerceo, quod
gratiam facio: & misereor, quod
misereor. Posterius hic membrum,
est prioris ἐξ ἡγαπιᾶνδὶ seu συνένουμω. Idem
enim est in posteriore membro, רַחֲמֵי
misertus sum, quod in priore חַנּוּתִי gra-
tiam exhibeo, nisi quod in posteriore
membro exprimaturs causa gratiae, a
Deo praestanda, quae est illa profunda,
& inexhausta Dei חַנּוּתִי matrix,
seu uterus viue, quo per verbum denuo
generamur ad salutem aeternam. Ex po-
steriore membro elicitur effectus, seu
actus Dei gratiae praestanda. Nam in
priore membro gratia est opera-
tiva, hoc sensu; quod gratiam fa-
cio, (χαρίζομαι seu χαριῶ, id
Hebraeus dicit חַנּוּתִי praesto gratiam.)
Illud ex solo gratioso affectu fa-
cio.

Nam ἀναδιδῶν illa Hebraea, seu חַנּוּתִי
χρησῶ, gratiando gratificor, & miseran-
do mise-

do miseror, notat (quod omnes sacra legentes noverunt) summum gradum, & studium gratificandi, seu gratia prestanda, ut alibi saepe; videndo vidit afflictionem populi: miserendo miserebitur Israëlis, & alia sexcenta. Noverunt & hoc Hebraicè docti, voculam **וְיָחַן**, non semper esse relativum personae, sed saepe rei subjecta, de qua agitur, ubi nulla est opus objectorum, seu personarum distinctione, ut etiam hoc loco, quod antea firmissimis rationibus demonstratum est, de solo Mose & populo jam in gratiam recepto esse sermonem. Verborum proinde istorum non est alius, quam hic sensus: Factis meis, inquit Deus, ostendam, te, populumq; tuum esse in gratia. Faciam igitur illud, quod petis, ut tecum eam per priora signa in oculos occurrentia, ex mera gratia & solâ commiseratione meâ, absq; ullius hominis merito, aut dignitate. Potest hæc Dei promissio, hoc enthymemate proponi: Omne bonum meum te, populumq; tuum, prece-

*præcedet, seu quod idē est: vos deinceps
 multis etiam beneficiis cumulabo. Ra-
 tio est: sola mea gratia & clementia.
 Vel è syllogismo pleniore id intelligitur:
 Si Deus Ecclesiam beneficiis cumulat,
 facit hoc ex profundâ abyssso misericor-
 diae suae. At Ecclesiam omni suo bono
 prosequitur. Ideo illud ex solâ gratiâ
 fluit. וְאֵלֶּיךָ וְאֵלֶּיךָ וְאֵלֶּיךָ prepositum, com-
 mode per aīnoꝝ præcedentium reddi po-
 test, quia seu nam, miserendo facio,
 quod misereor. Neq̄ enim in te, neq̄ in
 populo tuo, ullam præstandæ gratiæ, in-
 venio causam. Ac si diceret Deus, Mo-
 ses tu angeris, quod dixerim tecum,
 non ascendam. Sed scias te cum populo
 tuo esse in gratiâ. Præcedam enim vos
 consueto modo, neq̄ est, ut tibi fa-
 ciem meam ostendi, optes, quod omninò
 non potest fieri sine periculo interitus
 tui. Nullus enim homo, plenam essen-
 tialem meam gloriam intueri po-
 test, quia est ignis consumens specta-
 tores. Posteriora autem mea, seu effe-
 cta benefica subsequutura, tibi ostendam.*

Dum

Dum enim homines sunt in hoc cadu-
 co corpore, mortalibus oculis Deum
 intueri non possunt. Deponenda est
 prius corruptio carnis, & induenda
 incorruptibilitas, quam Deum specte-
 mus. Ideo verba ista: Nam miserebor
 quod miseror, immediatè coherent
 cum argumento illo Dei probante, Mo-
 sen cum populo esse in gratiâ: quia o-
 mne bonum meum precedet. Et hoc
 rursus, cum aliâ probatione coherent:
 etiam hanc rem faciam. Quare verba
 hæc: nam misertus sum, quod misere-
 or, coherent cum multis precedentibus
 versibus, ideò ab eis non sunt divellen-
 da, probant enim omnia Dei favorem,
 nec sunt trabenda in alienum sensum,
 quia nihil faciunt ad absolutam &
 particularem Dei electionem. Hinc
 jam clarè cernitis, Adolescentes opti-
 mi, concives & populares mei, quam
 inconcinnè hoc testimonium allega-
 tum fuerit, ad probandam absolutam
 predestinationem. Videtis etiam
 juxta, usum Hebrææ lingue, quam iste
 sic

fit necessarius, quamq̄ validus ad refutandum omnem errorem, qui ex dictis malè intellectis derivatur, hominum illorum, qui opiniones suas antea conceptas in scripturas important, easq̄ dictis sacris obliniunt, ut suam opinionem in theatrum Christianum, majore cum pompâ, producant. Habetis jam, Suavissimi adolescentes, duas mei alloqui partes: alteram de metricâ Hebræorum, alteram verò de usu Hebræi sermonis ἐλεγμῶ. Accipite & fruimini hoc meo labore. Quod superest, vos Deo, & Ecclesia ejus commendo, ut in eâ aliquando, in patriam reversi, multum faciatis fructum, quod vobis sincero animo precor. Valet. Wittenberga scribebam. Anno 1623. Calend. Martij.

CAPUT



CAPUT PRIMUM.

Quid Metrica seu Poësis Hebraeorum & Omnium Orientalium linguarum.



Metrum seu Poësis Hebraeorum est ornatus puri sermoni Hebræo, (aut cuiq; Orientali linguæ puræ) rhetoricus, supra Grammaticam puritatem, linguæ, inductus, ut memoriam auditoris juvet, aures oblectet, & mentem singulari suavitate perfundat. Ergò subjectum *τὸ μέτρον*, quod Hebræis dicitur שִׁיר sive שִׁירָה canticum, est purus sermo Hebræus, qualem sola Biblia exhibent, quiq; in solis textibus sacris est relictus.

Eam puritatem sermonis sacri adolescens magnâ diligentia cognoscat, ex auditione, vel lectione
 textuum

textuum Hebræorum Biblicorum, nec prius tentet inducere ornatum seu colorem Rhetoricum sermoni, quàm ipsam puritatem sermonis cognoverit. Potior enim est puritas sermoni innata, quàm Rhetoricus color extrinsecus accersitus. Cedat semper ornatus puritati, nec puritas modulatione Poëticâ violetur. Præstat enim negligere mensuram, quam contaminare sermonis puritatem. At cum Biblia omnium rerum nomenclaturam suppeditare non possint. Tum demum auxilium petendum est à scriptis, & familiari genere dicendi apud Doctores Hebræos. Sciendum a. cum primis est, non omnes voces apud Doctores repertas, esse verè Hebræas; Sæpè enim nationales voces ubi degunt, vel ubi peregrinati sunt, scriptis suis admiscent. Cavendum & hoc studiosè est, ne sermoni Hebræo admisceantur voces aut nomenclatura vicinarum dialectorum, hoc est, filiarum

filiarum Hebrææ linguæ, quales sunt Syriaca, Chaldaica, Arabica. Ab his non prius auxilium est petendum, quam nos omnes textus Biblici, omniaq; scripta Doctorum prorsus destituerint. Contingit enim aliquando, ut in extremâ penuriâ vocum Hebræarum, aut Doctoralium, propter summam necessitatem vicinæ dialecti nomenclatura adhibenda sit. Ergo sermo Biblicus est subiectum, in quod adjunctus ornatus fit introducendus. Habet autem ornatus metricus suos fines & scopum, cur adhibeatur orationi puræ. Primò enim debet ille color Rhetoricus lectoris juvare memoriam, ut suis vinculis & arctatis sententiis imbecillitati memoriæ succurrat. Ideò sententiæ non solum certam dimensionem: sed etiam ordinem literarum Alphabeticarum in sacris admiserunt, ut videre est in aliquot Psalmis 25. 34. 37. III. 112. 119. 145. In Threnis Jeremiæ: In Salomonis magno illo frugi uxoris, encomio.

Cap. 31.

Cap. 31. à versu 10. ad finem capitis.
 Secundo hæc metrica ratio aures le-
 ctoris suaviter demulcet, & veluti
 novus cibus jucunde palatum afficit,
 ob arctatam sermonis brevitatem, &
 Rythmicã suavitatẽ. Tertiò suã mo-
 dulatione mentẽ auditoris, tanquã
 quodam nectare perfundit, & nause-
 am quotidiani sermonis imminuit.

CAPUT II.

QUID SIT ORNATUS

Metricus.

Metrum, seu Poësis metrica est o-
 rationis puræ, in qualibet lin-
 guã, singulare ornamentum, atq; de-
 cus, ut sermo Grammaticus, quadam
 concisa brevitate fiat menti acce-
 ptior, & auditori jucundior.

Metrum enim Orationem profam,
 & pleno alveo fluentẽ, quibusdam
 dimensio- num cataractis, & veluti ag-
 geribus coarctat, ne communi & u-
 sitata abundantia & quadam luxuriã
 fluat: sed intra certas metas, veluti
 intra ripam, contineatur. Ideò
 de communi abundantia sermonis

Grammatici, vel voces integras, vel particulas determinantes sæpè refecit, retentâ nomenclatura rerum essentialium. Unde talia carmina seu metra Hebræis dicuntur מְזֻמָּר ac si dicas, concisa & amputata, vel refecta, à זָמַר amputare, seu abundans refecare. Sermo enim metricus non tam liber est, ut Prosaicus. Ideò metrica scripta, quo sunt exactiora, propter suam brevitatem fiunt obscuriora & contractiora, propter frequentes Ellypses vocum ad intellectū clariorem necessariarū, quod cernere licet manifestè in metris Jobi & Proverbiis Salomonis. Psalterii autem stylus in multis ad prosaicam accedit orationē, sicut & Threnorum Jeremiæ, qui parū aut nihil à prosaico differt. Ideò Threni inter scripta metrica in Bibliis, voce מְזֻמָּר mnemonestica literarum, רִשֵׁי תִיבוֹת initialium indicata, non continentur in qua אֵי, אִיב, אֵי hujus memorialis dictionis, in fine positum תְּהִלִּים

תהלה laudum seu odarum Davi-
dicarum, מ autem משלי proverbio-
rum seu משלי gnomarum, & a-
phorismorum sanctorum, vitam
moresq; hominum virtutibus in-
struentium, & a viciis abducentium.
Hisce משלי vera omnium fal-
vandorum Ethica docetur, & ab A-
postolis repetitur additis, fidei & spei
& tolerantiae virtutibus.

CAPUT III.

DE DIVISIONE METRICÆ SEU
Poëticae Hebræorum.

Valdè necessarium est scire Poë-
ticam esse duplicem: veterem,
& novam. Vetus metrica est, quâ uñ
fuerunt viri Ecclesiæ priscæ sanctif-
simi, forsan etiã ante Moſen incepta.
Exo. 15. qui superato mari rubro car-
men Domino cecinit, quem foemi-
næ sanctæ imitatæ, etiam sua carmi-
na decantarunt. Et Debora Jud. 5.
Item Hanna 1. Sam. 2. A Davide ve-
rò & Salomone hoc genus scriptio-

nis admodum fuit frequentatum :
 Undè Psalterii, & libri Salomonici
 emerferunt. Salomon enim præter
 מְשָׁלִים mille & quinque cantica seu
 carmina composuisse narratur. I.
 Reg. 4. versu 2. De quibus hodiè u-
 num, quod dicitur שִׁיר שִׁירִים
 Canticum Canticorum, seu carmen
 omnium nobilissimum; est reli-
 quum, quo carmine alii, Christum
 & sponsam Ecclesiam pingi putant.
 Lutherus verò in commentario su-
 per Canticum Canticorum, Salo-
 monis officium erga rempub. & rei-
 pub. erga Salomonem obedientiam
 & desiderium allegoricè describi,
 arbitratur, quia in fine istius scripti
 sermo proprius emicat, cap. 8. v. II.
 Vineam fuisse Salomoni, quam aliis
 elocaverit. Nec tamen hoc canti-
 cum inter metra recensuerunt. Da-
 vidis & Salomonis metris verustio-
 rem esse Jobeam, clarum est, qui an-
 te tempora Esau eam contexit,
 quando Idumæa adhuc verustissi-
 mum

num gereret nomen Uz, in quâ reges per Satrapias suas fuerunt, amici Jobi & ipse Job potentissimus & valdè pecorolus Satrapa, sicut scribitur Job. i. v. 3. Privati enim civis, nō possunt esse 7000. ovium, 3000. Camelorum, 500. juga boum: multò minus 14000. ovium, 6000. camelorum, 1000. juga boum, 1000. asinæ. Job. 42. v. 12.

Natura hujus veteris Poëticæ non est prorsus amissa cum Musicâ sonorâ antiquorum, ut vulgò putatur. Sed extat in libris jam dictis. Nam negare aut ignorare veterem metricam, est hos libros negare, & cujusmodi sit horum sermo ignorare. Sed qualia sint illa carmina, hoc meritò quæritur. Hieronymus multos suâ autoritate decepit, qui in præfatione in Jobum scripsit: In Jobo esse versus Hexametros, Dactylo, spondeoq; currentes, & propter linguæ idioma crebrò recipientes & alios pedes, nō earundem syllabarum, sed earundem temporum, & Metra esse

apud Hebræos in morem Flacci, Pindari, quæ Alcaico, & Sapphico more decurrant. Probat autem id per authoritates Philonis, Josephi, Origenis, Eusebii, idem Hieronymus. Atq; hoc probationem non requirebat Hebræis esse metra. Sed hoc probandum erat Hebræis esse Hexametra, quæ dactylo, spondeo, aut aliis pedibus decurrant. Hoc inquam probandum erat. Apud Hebræos esse talia metra, qualia sunt apud Flaccum Horatium, id est, Lyrica: qualia apud Alcæum & Sappho; Horum nihil in metris sacris deprehendimus, neq; Hexametros Dactylo spondeoq; currentes, neq; Lyricos, aut Alcæi aut Sappho carmina invenimus.

Mensuras enim Græcorum & Latinorum Hebræi penitus ignorant. Scimus enim magnam mensurarum varietatem esse in Hexametris, in Lyricis, Flacci, Alcaicis & Sapphicis metris, quorum Hebræi ne minimam

mam habent noticiam. Metris tamen suis non carent. Nam ut talia metra Græcorum aut Latinorum, tanta quantitatis varietate concipiuntur, in Orientalibus linguis prorsus fieri non potest, propter vocalium crebram mutationem, dum pleræq; voces aliam quantitatem in Etymologia, aliam in structura obtineant: vocalesq; , tam longæ, quam breves, æqualiter longam syllabam constituent, brevissimum autem Scheva, tam simplicem quam compositum, in dimensione absorbent.

CAPUT IV.

QUALIS METRICA PRISCORUM fuerit.

SCribunt igitur Prisci illi metrici, Moses, Job, David, Salomon sine quantitate syllabarum, cum metro & rithmo, carmen autem suum metiuntur per pedes. Et quia omnes versus Biblici constant parte unâ

B s ante

ante Atnach, & altera ab Atnach, usq; ad Sylluk, qui finis est versus: Ideò una pars versus communiter constat octo pedibus monosyllabis, seu quatuor dipodiis, ut una sectio rursus habeat quatuor podias, totidemq; altera. Est a. Podia duarum syllabarū vel trisyllabarū, comprehensio. Comprehensio autem duarum podiarum, vocatur Dimetria. Ideò omne intervallum ante, & post Atnach constabit quatuor dimetris. Et hæc metri ratio propè exactè observatur in Jobo, & in Proverbiis. In Psalmis autem dimensio est longè laxior & liberior, quam ut tot pedibus comprehendi possit. Undè fit, ut Psalterii Oratio merè soluta esse alicubi deprehendatur, quæ tantum caractere Poëtico, leviter est animata. Jobi ut & Proverbiorum dimensionis postea aliquot exempla dabimus, ut quisq; per tota Proverbia, hanc dimensionem experiri possit. Rhythmus in Poësi Hebræorum duplex est: ideò duplicè etiam admit-

admittit definitionem. Veteris metri, & novi. Vetus Rhythmus est (definiente Bedâ, ex Augustino) modulata verborum compositio, metris consimilis, non metricâ ratione, (Habitâ quantitate Syllabæ) sed numero syllabarum, ad iudicium aurium examinata. Potest autem Rhythmus esse longior aut brevior, & quidem rhytmus sine metro esse potest, metrum autem sine rhythmo esse non potest, quia metrum est ratio cum modulatione: Rhythmus autem modulatio sine ratione. Quapropter, ut Politica Græcorum Tezis comprehensa est versibus quidem, sed sine quantitate temporum: Sic Hebræa vetera carmina sunt metra solo numero Syllabarum, comprehensa, non temporum ratione distincta. In hisce libris **NON** plurimi versus absolventur duabus dimetriis, aliquando tribus dipodiis, aliquando mira est inæqualitas, ut ne rhythmi quidem legem semper sequantur, totaque oratio prosa appareat, omnemque
metri

metri rationem exuisse videatur.
 Applicentur hæc ad singulos libro-
 rum metricorum versus, ut Prover.

12. V. 1.

אהב מוסר אהב דעה

-- | -- | -- | -- |
 ושניה תוכחה בער :

*Diligens castigationem, diligens est
 scientiam :*

*At qui odit reprehensionem, brutum
 est.*

Hic præcisè vides duas dimetrias, al-
 teram ad Atnach: alteram verò usq;
 ad Sylluk productā. Prior habet du-
 as dipodias, 1. אהב מוסר 2. אהב דעה
 Sic & posterior, quæ similiter qua-
 tuor habet spondeos. Sic Proverb.
 cap. 10. versu 5.

אגר בקיץ בן משכיל

נרדם בקציר בן מביש :

*Colligens in estate, Filius est prudens :
 Stertens in messe Filius est pudendus.*

At se-

At sequentis alter est *συαίζων*,
 claudus seu mancius, ut: Proverb.
 10. V. I.

— | — — | — — | — —
 בֵּן חָכָם יְשִׁימַח אָב
 וּבֶן כְּסִיל תּוֹגֵרֶת אִמּוֹ

*Filius sapiens latificat patrem:
 Sed Filius stultus est tristitia matri
 sua.*

Sic Job. 5. v. 18.

כִּי הוּא יַכְאִיב וַיַּחֲבֹשׁ
 יִמְחַץ וַיִּרְוֶן תִּרְפִּינָה :

Nam ipse dolore afficit & obligat:
 vulnerat, & manu ejus medetur.

Hic in priore dimetriâ est Sylla-
 bæ defectus, & tantum sunt septem
 spondei in toto versu, cum syllaba
 abundante. Tales defectus, aut et-
 jam abundantia offeruntur sæpè,
 contractæ aut expansæ prout inte-
 gritas sententiæ requirit plures vel
 pauciores voces. Et hanc ob cau-
 sam etiam plures podiæ esse pos-
 sunt

sunt in utraq; dimetria. Tales mensuræ etiam alibi frequentes occurrunt, ut Job. 14. vers. 1.

אָדָם יָלוּד אִשָּׁה
קָצִיר יָמָיו וְשֹׁבֵעַ רִגְוֹ :

Homo natus femina, Brevis est, dierum, & plenus est commotionis.

In priore medietate versus, sunt tantum tres spondei, quartum non requirebat sententia. In posteriore sunt quatuor, tot enim requirebat integritas sententiæ. Ibidem versu 2.

כָּצִיץ יֵצֵא וְיִמָּל
יִבְרַח כְּצֶרֶל וְלֵלָה יַעֲמֹד :

Egreditur homo tanquam flos instar floris oritur & resecatur: Nam fuit instar umbræ, nec subsistit aut permanet. In primâ versus parte, postremus spondeus syllabâ truncatur, quia talem dictionem bisyllabam non postulabat sententia. In posteriore versus membro sunt quatuor spondei. In voce וְלֵלָה Scheva, & in voce יַעֲמֹד Chateph Patach metiendo absorbetur. Sic in omnibus aliis

aliis versibus, interdum in priore, nonnunquā in postremo membro syllaba, aut pes integer desideratur, aut abundat. Et ejusmodi versus dicitur σκάζοντες claudi, seu manci, aut βραχυκατάλεκτοι justo breviores, vel ὑπερμετροί mensurā versus excedentes, sæpissimè occurrunt. Hac mensurā adhibitā, facile totum Jobum & Proverbia Salomonis dimetieris. Adhibe hanc quoq; mensurā in Psalmis, si eā non poteris absolvere versum, memineris orationē totam prosam esse, quæ tot habet dictiones, quod integer sensus requirit. Sic versus primus Psalmi primi, est totus ἀμετρος. At secundus versus ejusdem Psalmi est ferè ἑμμετρος, si in priore membro duo Scheva inter metiendum absorbeantur. In posteriore Spondeus Hypermetros notetur $\text{—} \text{—} \text{—} \text{—}$. Qui ad plenum sensum, seu ad integram Theoriam necessariò requiritur. Voces enim non astricto & arbitrario metro, sed integritati sententiæ inserviunt.

Canti-

Canticum Canticorum Salomonis, & Threni Jeremiæ sunt prorsus *ἀμετροί* & solutæ orationis. Qui plura hac de re cognoscere desiderat, is legat doctissimam dissertationem Josephi Scaligeri ad Eusebium, pag. 6. & 7. Quo nullus hominum doctus & profundius metricam Hebræorum est intuitus. In hac veterum Poësi studiosus suas vires sæpius tentet, nec prius novæ Poëticæ, variegatis, & perplexis speciebus se committat, quam huic ferundæ humeros suos satis validos esse senserit.

CAPUT V.

DE IMITATIONE VETERIS
Metrica.

Imitaturus illorum sanctissimorum Hominum metricam, Mosis, Jobi, Davidis, Salomonis, carmina illorum seu metra attentè & studiose legat, quæ quo magis sunt exactiora, eò magis sunt faciliora ad imitandum. Mosis autem & Davidis

dis oratio liberior est ac fluidior, quæ certo numero syllabarum se constringi non patitur: Ideò modus versificandi in illis est difficilior & diffusior. Legat proinde studiosus veteris metricæ, Proverbia Salomonis & Jobum, in quibus oratio est arctior & numero metri astrictior.

2. Seligat studiosus ex his quam velit imitari materiam, sive de virtute aliqua, sive de vicio aliquo describendo. Exempli gratia ex farragine Proverbiorum Salomonis notet gnomas, quæ de sedulitate agunt: Colligens in messe, filius sapiens est, & multò alias. Adducat auditorem in considerationem formicæ, in æstate sine intermissione laborantis, Proverb. cap. 6. versu 6. Vade piger ad formicam, & vide vias ejus, & sapiens esto. Industriæ & sedulitati pigritia, torpor aut desidia opponitur. Hic rursus ex Proverbiis Salomonis colliges gemmas de hoc vicio, ut: stertit in messe filius pudendus,

C

dus,

dus, dicit piger, complicabimus manus, & paulisper adhuc dormiemus: Non audemus aggredi, quia leo est in via. Ideò opprimeret vos egestas, tanquam fortis miles. Ut gnomæ Salomonis valdè familiares fiant, aphorismi illi Spiritus Sancti sunt sæpius legendi & memoriæ imprimendi. Laudaturus frugi uxorem, materiam petes ex 31. cap. Proverb. Adjunges & vicinas gnomas de eadem materiâ, hinc inde in sententiis Salomonis, occurrentes. Vituperaturus foeminam pigram, impudicam, & rixosam, quam plurima invenies in Divinis Salomonis sententiis. Eadem erit ratio materiæ eligendi ex Jobo: Fugacitatem vitæ consideranti, satis est materiæ cap. 14. Sic descripturus hominem *voooy* & crebris doloribus ac morbis divexitum, & cur Deus easdem calamitates sæpius immittat, invenies materiam cap. 33. Jobi, à versu 16. ad versum 31.

3. Remo-

3. Removebit autem studiosus in hac veteri metricâ omnem quantitatis in syllabâ considerationem. 2. meminerit etiam non semper eundem numerum syllabarum observari, sed semper tot syllabas, ac dictiones adhibendas, quot sententiam integram absolvere possint. 3. In veteri Poësi exercitatus, faciliorem habebit progressum in novâ. 4. Nec rudior aut crassior iudicanda est illa vetus metrica, præ novâ, inconsideratè dicitur, veterem illam metricam infantiam saltem esse Poëseos, quæ tales habeant versus, quos olim Fauni Vatesq; canebant.

CAPUT VI.

DE NOVA JUDÆORUM

Poësi, quam ferè solam Christiani hodiè imitantur.

Metricam Judæi hodiernam à Christianis didicerunt ante 500. annos, plus minus. Cum enim

C 2

anti-

antiquam Poësin ignorarent, noluerunt tamen omni metricâ care-
re. Videntes igitur Christianos scri-
bere carmina Græca, & Latina cer-
to numero dimensionis, & certâ
quantitate constantes, addiderunt
hi rhythmum, seu similem definen-
tiam, more Leoninorum versuum,
quos superioribus seculis ita nomi-
narunt à singulari præstantia valore,
& usu, quod illi maximè præ omni-
bus versibus instruerent hominum
mores, ut: Laudat venales, qui vult
extrudere merces. Item: Contra
vim mortis herba non crescit in
hortis. Proprietas enim hujus lin-
guæ sponte suâ rhythmum suppedi-
tat. Mutuati autem sunt à Christia-
nis saltem quædam pedes, sponde-
um, Jambum, quorum quantitatem
observarunt. Multos pedes Latino-
rum prorsus neglexerunt, quia Pyr-
richius in hac linguâ impossibilis
est, quod duæ mobiles asystaticæ vo-
cales se nunquam excipiant. Re-
cens

cens igitur cum sit hæc Pœsis, majestatem illius veteris nequaquam assequitur. Ideò hæc illâ multò est tenuior, operosior quidem, sed non fructuosior, imò magis discentes impediens, quàm in hoc sermone promovens. Ideò ab hac novâ, intricatâ, variegata, & luxuriante metricâ Tyrones non incipiant sua exercitia Hebræa, sed à veteri illâ masculâ & generosa, in quâ probè exercitati, ad hanc delicatam & lascivam, animum applicent, quæ componenti plus negotii facescit, & hominem probè exercitatum in hac linguâ requirit. Vetus illa metrorum ratio est referta omni elegantia, & clara, quippe ab hominibus ἁγίοις à Spiritu Sancto dictante, est profecta. Illi erant φερόμενοι ὑπὸ πνεύματος ἁγίου. 2. Pet. 1. vers. 21. Et Dominus ipse per Davidem locutus dicitur. 2. Sam. 23. v. 2. At nova hæc metrica obscura, perplexa, discentes à cognitione Hebrææ linguæ suâ difficultate ab-

te absterret, & forsan hoc nomine à Judæis primum conficta fuit. Tota enim hæc nova versificandi ratio ficta est, & omni fundamento caret. Nam scheva simplex, & compositum, seu extensum, vetus metrica plerumq; absorbebat, tanquam nullius temporis vocales. Recens verò metrica, omne præsidium collocavit in Scheva simplici, & composito, ut illæ tantum syllabæ censeantur esse breves, quæ simplici aut composito Scheva afficiuntur, non ausi sunt vocales longas aut breves corripere, utræq; enim quantitatem habent longam. Ideo omnes illæ syllabæ, quæ longis, aut brevibus vocalibus notantur, tantum pro longis habentur etiam in hac novitiâ metricâ. Quare veterem illam divinam Poeticam, infantiam vocare, veluti prima impolita rudimenta, id verò est convitium dicere in illos *Ἰεοπνεύτους* viros: *Σαρκικούς* verò hodiernos Judæos, desertores DEI
 majores

majoris sapientiæ laude afficere.
 Hoc modo illi divini *μακρόβιοι* Ho-
 mines erunt, hisce *ὀνημέγιοι* Homun-
 tionibus stupidiores.

CAPUT VII.

DE RHYTHMO IN GENE-
 re, & de veteri in
 specie.

UT Poësis Hebræorum est du-
 plex: vetus & nova: ita Rhyth-
 mus est duplex: usu veteri, & usu no-
 vo, geminè definitus. Vetus Rhyth-
 mus cum novo convenit, nomine
 & origine: Definitione autem
 discrepat. Rhythmus Græcis dici-
 tur, Latinis modulatio, seu concin-
 nitas, voce à Musica, cujus propria
 est hæc vox, ad Oratores translata.
 Nam Musicis est Rhythmus concin-
 nitas ex certo temporum ordine
 nata. At metricæ veteri Rhythmus
 est concisa modulatio, ad au-
 rium judicium examinata, non
 quantitate temporum definita:

C 4

Sed.

sed ferè solo syllabarum numero comprehensa. Ut enim Thezis scriptoris Græci, politici versus Græcorum, non temporum quantitate, sed solo syllabarum numero circumscripti sunt: Ita vetus Hebræorum Poësis non admittit variam syllabæ quantitatem, quâ alia brevis, alia longa judicetur. Hoc enim ob sermonis Hebræi, Syri, Arabici naturam fieri non potest. Ubi etymologica vocis constitutio sæpè numero, longè discrepat à facie vocis, in constructione usurpatæ. Ideò metra Jobi, Salomonis & aliorum veterum, nulla prorsus quantitate syllabæ, sunt definita, sed solo Rhythmo veteri colerata. Hic fluentis & libere orationis profæ, certis limitibus & veluti aggeribus, factâ coarctatione & iudicio aurium librata, etiam numero syllabarum perpetuò variante, & inæquali numero aliquando currente. Assumit enim tot vocum syllabas, quot integer orationis

tionis

tionis sensus requirit. Ideò dicente Scaligero ad Eusebium pag. 7. Liber Job, Proverbia Salomonis merè Rhythmus est, nō metrica modulatio, in quibus ut plurimum sunt versus duæ dimetriæ, aliquando tres dipodiæ, aliquando est mira inæqualitas, ut ne rhythmici quidem legem sequantur, sed liberâ & sponte fluente oratione incedant. Ideò carmina vetera Hebræorum, si velis ad regulas metricas Græcorum aut Latinorum revocare, inventum laborabis, & post magnum conatum, tantum miseram testam è fundo maris cum magno labore educes, siq; Latinorum aut Græcorum dimensionem in illis veterum carminibus requiris, cœlum & terram facilius miscebis, nec quicquam proficies. Semper autem caveant studiosi, ne autoritate Hieronymi seducantur, qui variis in locis de carminibus Hebræorum agens, in Chronico Eusebii, aut Paulam urbicam,

& in præfatione ad Jobum, audacter scribit, versus illius Hexametros esse, dactylo spondeoq; currentes: Item Psalterium Davidis, in morem Horatii Flacci, & Græci Pindari, nunc Jambo currere, nunc Alcaico personare, nunc sapphico tumere. Quæ locutiones sunt Poëtarum Græcorum & Latinorum. Veras autem has esse, Hieronymi locutiones, nullo exemplo veteris metricæ, doceri potest. Quare hæc externa & peregrina mensura, Hebrææ purpuræ mensurandæ, non est apta, sed prorsus inconueniens.

CAPUT VIII.

DE NOVÆ METRICÆ

Quantitate.

TRia mutuati sunt Judæi à Poësi gentilium. 1. Quantitatem syllabæ. 2. Finale desinentiam seu rhythmum. 3. Numerum syllabarum.

Quanti-

Quantitas syllabæ (quam vetus Poëtica penitus ignorat) est vocis accidens quantum, quo syllaba habetur pro longa aut brevi. Ancipitem seu communem Orientales omnino non agnoscunt, omnes enim syllabæ affectæ longâ, aut brevi vocali, tantum constituunt syllabam longam. Soli scheva, quod aliàs pro vocali vix agnoscunt, & cui vix quicquam temporis concedunt, attamen quantitatem temporis in metricâ illi attribuunt, præter & contra omnem rationem & veterum autoritatem. In hujus societatem quoq; attraxerunt omne compositum scheva, ut quemadmodum וֹ scheva nudum; Sic וֹ Composita, faciant brevem syllabam. Sed præ stupore non animadvertunt in hisce compositis, ipsum scheva auctum esse temporis quantitate, וֹ sint longioris moræ, quam simplex scheva. Siquidem in hac compositione

tione duæ moræ concurrunt, moru-
 la ך Scheva, & mora ך Patach, Se-
 gol & Kamets chatuph, quæ jam
 non possunt brevem quantitatem
 efficere, quippe à brevissimâ morâ
 sunt liberæ, ut hæ vocales suâ
 compositione ferè accedant ad mo-
 ram seu quantitatem longarum vo-
 calium: Ideò hæ compositæ, sunt
 mediæ quantitatis, inter longas &
 breves vocales, non autem brevissi-
 mæ, quo sine etiam gutturalibus
 sunt destinata, quæ celerrimam mo-
 tionem non admittunt. Sed sinamus
 cæcos cæcutire, modò sciamus, tam
 in simplici scheva, quàm in compo-
 sito, quantitatem esse totam fictam,
 & fundamento omni carere: Et no-
 vam hanc metricam Theopneustæ
 veteri metricæ nihil derogare,
 sit huncq; novitium lusum ma-
 gisq; jestati antiquæ metricæ
 longissimè ce-
 dere.

CAPUT

CAPUT IX.

DE RHYTHMO NOVE METRICE, in simili desinentia.

Vetustiores Latinorum aut Græcorū versus in fine rhythmum, similis desinentiæ ignorant, imò oderunt finalem ὁμοίωσιν aut ὁμοιοτελευσίαν, cum bini versus proximè cohærentes, similibus desinentiis sese excipiunt. Seculis autem rudissimis tenebrarum Papalium, rhythmus mediani, & finales sunt excogitati, ut docent versus Leonini, magno numero in Papatu circumlati: ut, vir benè vestitus, in millibus esse peritus: creditur à mille, quamvis idiota sit ille.

Horum indolem recentior Judæorum Poëtica imitatur, (quæ etiam tempore profundissimi papatus est nata) medianum rhythmum rariùs, finalem semper requirit. Præscribit autè leges huic finali rhythmus, si monosyllabus est, vilior, si disyllabus

syllabus est, nobilior esse creditur;
 si trisyllabus, omnium nobilissimus
 habetur, ut: דְּבָרִים Verba,

עֲגִלִים Vituli.

Deinde, ne hic rhythmus eadem
 consonante in antepenultima sylla-
 bā constituatur, præcipiunt, ut: יְלָדִים
 Pueri, stantes: sed disparara. עֲבָדִים

Utrumq; enim versum, penulti-
 mum sonorum facit. Tales rhythmī
 in Orientalibus linguis suā sponte
 sese offerunt, quales vetus metrica
 Hebræorum non curat, aut si casu
 sine consilio incidunt rhythmī,
 prorsus negliguntur. In novā autem
 Poësi tales rhythmī post quantita-
 tem & numerum syllabarum sunt
 ipsa versus anima, sine quo versus
 mancus & minus sonorus esse cre-
 ditur.

Rhythmus proinde novus est
 ornamentum Poëticum, in quo æ-
 qualiter terminantur certæ syllabæ
 vocum: seu rhythmus est concinni-
 tas,

tas, ex ordine & quantitate syllabarum orta. Species rhythmī apud Latinos sunt quatuor, triquetrum, cubus, alternatum, cancellatum. Triquetrum est rhythmus, qui syllabâ, dissyllabâ & trissyllabâ dictione, absolvitur, ut: vox, velox, ut: celox, id est, vox est instar cimbæ piscatoriæ, quæ citò transit, & aliò volat.

Cubus autem est rhythmus, qui quatuor propositionibus quaternarum syllabarum conficitur, ut:

Vos edatis,

Si non dente,

Horis statis,

Saltem mente.

Id est, edendum esse certis & statis horis, ne concoctio cibi, & humorum, turbetur. Si non adest, quod hora consuetâ edas, Saltem quiescas, ne te ea horâ fatiges, & calorem ventriculi de novo incendas, qui absente cibo, corpus de pascat.

Alter-

Alternatum est rhythmus, in quo prima propositio cum tertiâ septem syllabis: Secunda autem propositio, cum quartâ, sex syllabis rhythmicè conveniunt, ut:

Qui fruges excancassit.

Aut alio rapit,

Hunc capite damnaſſit,

In iure qui ſapit.

Constitutum fuit legibus 12. tabellarum, ut ſagæ & incantatores aut perditores frugum, tanquam communes hominum alaſtores, & nocentiſſimi dæmones e vitâ tollerentur, ne largam benedictionem DEI corrumperent, & hominibus ſubtraherent, quod larga manus DEI dedisset.

Cancellatum est, in quo quatuor propositiones octonarum syllabarum, in extremitate decuſſatim concordant, ut: ſolet Eccleſia DEI: Ei DEUS, ſi colet, volet ad eſſe, pro hinc? rei de eſſe non ſolet, hoc eſt, hæc eſt Eccleſiæ vox fiduciaſia: ſi
Deum

Deum colam, mihi non deerit: Do-
leo autem, quod non satis firma fi-
ducia hanc Dei promissionem ca-
pere queam, certus autem sum De-
um in summâ necessitate nunquam
mihi defuturum.

Rhythmicae orationi opponitur o-
ratio *ἀσφύβητος*, quæ est absq; omni
rhythmo. Species τὸ ἀσφύβητος, tres
sunt, 1. *ἀσφύβητος*, est oratio, quæ
non procul à rhythmicâ oratione
discedit. 2. *ἐπεσφύβητος*, quæ longis-
simè abest à rhythmicâ oratione.
3. *ἐκσφύβητος*, quæ omnem concinnita-
tem evertit. Hæ Græci rhythmî vir-
tutes seu excessus, accommodentur
ad rhythmum Judæorum recen-
tem, quantum fieri potest. Canones
Hebræi rhythmî sunt: Si monosyl-
labus est, vilissimus habetur, ut:
רָבַר אָמַר 2. Si dissyllabus, præstan-
tior, ut:

דְּבָרִים
רְשָׁעִים

3. Si trissyllabus, est, omnium
nobilissimus, in antepenultimâ eo-
dem

dem sono consonantis existente,
ut: □□□□□□□□ loquentes.

□□□□□□□□ fanantes.

CAPUT X.

DE NUMERO SYLLABARUM.

NOVÆ Poëseos Judæorum quan-
titatem, & rhythmum hætenus
expedivimus : Videamus nunc il-
lius numerum syllabarum. Novam
hanc appellamus metricam Judæo-
rum, quia illius ætas est tantū quin-
gentorum annorum, plus minus, ut
Doctissimus Scaliger, omniū Chro-
nologorum, & Historicorum exa-
ctus cognitor, & acutissimus censor,
judicat, qui id annotavit in Scholiis
ad Eusebium, pag. 7. dicens: Hodi-
erni versus Judaici, sunt planè rhyth-
mi nostri, similiter desinentes, quod
à nobis Christianis ante annos 500.
plus minus didicerunt; hætenus Sca-
liger. Hoc ita esse, ætas AbenEzræ, &
Kimchiorum comprobat, qui vixe-
runt circa annum Christi 1150. Nam
ante

ante illorum tempora, hujus Poë-
 seos ferè nullum extat vestigium,
 vel in scriptis vetustiorum Judæo-
 rum, vel in Talmud, multò minus
 in Sacris. Infirma est probatio à te-
 stimonio Mosis מֹשֶׁה, qui in,
 quodam mōte, in lapide sepulchra-
 li scriptum legerit, veluti quendam
 rhythmum. Quid enim ex literis e-
 ras, & penitus oblitis, quæ vix
 agnosci poterant, immotæ certitu-
 dinis colligi potest? Numerus sylla-
 barum in recentiore metricâ variat,
 secundum species metrorum, quan-
 tò enim versus sunt longiores, aut
 breviores, tantò minor aut major
 est numerus syllabarum in versu, ut
 in singulis docebitur carminum
 speciebus.

Genera carminum novitiæ Poë-
 ticæ sunt innumera pro arbitrio cu-
 jusq; excogitanda; nam & quan-
 tas syllabæ, & pedes quantitatum,
 mirè variari & augeri possunt. Vi-
 ginti autem & una hodiè extant car-

minum species, quæ possunt usurpari, ut typus infra positus, indicabit: Sed in his aliæ aliis usitatiores & præstantiores sunt.

Possunt autem ad quatuor genera reduci. 1. Ut alia sint trimetra. 2. Tetrametra. 3. Pentametra. 4. Hexametra.

CAPUT XI.

*DE AFFECTIONE SEU
proprietas, & de pedibus
novæ metricæ.*

Proprietates igitur novæ metricæ assumptæ à gentili Poësi, sunt rhythmus & similis desinentia: Numerum syllabarum ferè communem habet, cum antiquâ Poësi Hebræorum. Scripturus ergò carmen Hebræum;

Primò det operam, ut sermo Hebræus sit purus, non inquinatus, aut ex aliis dialectis Orientalibus confusus; sed ita limpidus, qualis est sermo Sacrorum Bibliorum.

Deindè

Deindè adhibeat numerum syllabarum, quem cuiusq; carminis species, in trimetro, quadrimetro, Pentametro, aut Hexametro, requirit.

Tertiò, numerum syllabarum, quantitate temporis longi vel brevis, ponderet, quamq; speciem carminis sibi in initio eligit, eam constanter ad finem persequatur, in eodem numero & quantitate syllabarum.

Quartò, studeat, ut sit in fine rhythmus, si fieri potest trisyllabus, vel ad minimum dissyllabus.

Quantitatem mensura pedum, ostendit. Pes est mensura, quæ constat syllabis pluribus. Longam autè syllabam לְנוּעַ vocant motionem, à radice נָוַע moveo seu lego.

Brevem syllabam vocant כַּף clavū, qui potius est pes. Pes autem est bisyllabus aut trisyllabus; uterq; aut simplicis quantitatis, aut mixtæ.

D 3

Simplex

Simplex constat longis tantum.
 Longa mensura dicitur spondeus
 (— —).

Mista habet quantitatem mixtam
 ex brevi & longis. — ∪

Dissyllabus mistus, constat Tro-
 chæo, ratione legendi Hebræorum
 (— ∪). Quare Pyrrichio (∪ ∪) & Jam-
 bo (∪ —) Latinorum, Hebræi pror-
 fus carent.

Trisyllabus similiter est simplex
 aut mistus.

Simplex ex solis longis ut Molof-
 sus (— — —).

Trisyllabi autem misti, tantum
 duo Hebræis sunt in usu, Baccheus
 (∪ — —) & Amphimacer (— ∪ —).

Ergò reliquis Tribrachi, Dacty-
 lo, Anapæsto, Amphibrachi, Anti-
 bacheo, prorsus carent.

Solis ergò quinque pedibus con-
 tenti sunt Hebræi, Spondeo, Tro-
 chæo, Molosso, Baccheo &
 Amphimacro.

CAPUT

CAPUT XII.

DE DIVISIONE

Metri.

Metrum שִׁיר carmen, Hebræi
 vocant, quod ex quantitate
 dividitur in duo summa genera: in
 פְּשׁוּטָה & מְרֻבָּבָה.

פְּשׁוּטָה est carmen simplex, quod
 constat solis syllabis longis. Verum
 mistum carmen est, quod etiam bre-
 ves syllabas admittit. Utrumq; ex
 numero pedum & syllabarum divi-
 sum in novâ Poëticâ, est diversæ
 mensuræ. 1. Trimetrum. 2. Tetra-
 metrum. 3. Pentametrum. 4. Hexa-
 metrum.

Primum tribus, secundum qua-
 tuor, tertium quinq; , quartum sex
 metris mistis seu pedibus constat.
 Possunt autem hisce generum spe-
 ciebus, singulis simplices פְּשׁוּטָה
 addi species.

Ex rhythmo carmen divisum est
 aut totum rhythmicum, quod in to-

to פִּירָה disticho constat rhythmo; Aut habet tantum rhythmum in סִגוּר, posterius ipsum verò רְלוּתָהּ vacuum est à rhythmo.

Ex rhythmo quoq; carmen laudatur vel vituperatur; aliud enim vilius, aliud nobilius habetur.

Vile carmen dicitur שִׁיר עֵבֶר carmen transiens, in quo tantum unica litera conficit rhythmum, dicitur autem עֵבֶר transiens seu passans, quod tollerari utcunq; potest.

Deinde est carmen מְחֻלָּק divisum seu alternatum. At si rhythmus duabus constat syllabis, dicitur שִׁיר רֵאיוֹן carmen illustre seu conspicuum. Si verò rhythmus est in tribus syllabis, dicitur carmen שִׁיר מְשֻׁבָּח laudabile, aut omnium excellentissimum.

Omnes autem insumunt operam novi hi Poëtae, ut syllabam constituent *brevem*, ideò Scheva simplici multum indulgent; similiter & vocalibus per Scheva compositis,

— — — — —, quas omnes brevem consti-
tuere syllabam volunt. Ad harum
confortium etiam advocatur *vau-*
chirek initiale, ut *וַיְחַדְּרֵם* est choreus,
quod similiter vocalem brevem
constituit, quia est loco *וַיְחַדְּרֵם* *scheva*. Si
verò hoc *Vauchirek* habet *scheva*
sequens, habetur pro longa voca-
li, quia est pro *chirek* parvo, ut:

— — — — —
וַיְחַדְּרֵם & verbum Domini.

Indulgent etiam ipsi *scheva*, ut
contra naturam fiat mobile, aut qui-
escens. 1. Mobile fieri posse, post vo-
calem brevem. 2. *Scheva* sub *Dages-*
fatâ literâ, aut post vocalem longam
posse fieri quiescens. 3. Indulgent &
hoc ipsi *scheva*, ut distrahat dictio-
nem, vel in medio, vel in fine. In
medio, si dictio post longas vocales
fortitur *וַיְחַדְּרֵם*, hoc est, *Jambum*, tum
illum *Jambum* ab aliis dictionis syl-
labis essentialibus distrahunt per li-
neolam, veluti *Maccaph*, eiq; *Jam-*
bo, quasi novæ regionis initium

D 5 conce

concedunt. Similiter si וְנִי venit in principium dictionis, ut claudat versum, distractâ dictione residuum eius in sequentem versum referant, ut:

וְנִי

Et pax in eâ.

וְנִי

CAPUT XIII.

DE TRIMETRO מְרַבֵּב

seu misto,

ET si nullum reperiaturo idoneum trimetrum nec ullum ejus מְרַבֵּב, tamen quia autores & hoc posuerunt, non est prætermittendum.

Non esse verò in frequenti usu trimetra, ratio manifesta est, quia illâ brevi dimensione difficulter integra sententia absolvi potest. Eleganter autem duo trimetra, ut fiat Hexameter, conjunguntur in uno מְרַבֵּב, rhythmo, tam in medio, quàm in fine versus, servato. Inveniuntur autem quatuor trimetri misti species. (Potest etiam una simplex

plex esse.) Primæ speciei hæc est di-
 mensio -- | -v | -- | constat in
 extremis, spondeis, in medio Jam-
 bo, ut:

: אִישׁ אֲשֶׁר אָהַב *Vir qui diligit*

: דָּת יְהוָה בְּכָל-רָחֵב *Statutum Dei o-*
mni conatu,

: יִזְהוּר כְּמוֹ לֶהָב *Fulgebit instar*
flamma.

Secunda species Trimetri, hanc ha-
 bet dimētionem -v | - -v | -- |
 constat spondeo, Baccheo & Jam-
 bo: Exemplum.

הָאֵל אֲדֹנָי סֶלַח *O Domine Deus*
propitius esto po-
 : מִה עִמָּךְ נִאֲלַח *pulo tuo, quū fa-*
ctus est fœtidus.

Tertiæ speciei Trimetri hæc est
 dimensio --v | -- | -v- | Con-
 stat Amphimacro, spondeo & Bac-
 cheo, Exemplum.

נִגְדָעָה קַרְן עֲרִיבָה *Dejectum est cor-*
nu amabile, quale
 הָיְתָה גְבוּרָה *fuit Domina o-*
 כָּל-מְדִינָה *mniū regionum.*
 ultima

Ultima Trimeri species hanc habet dimensionem: --υ|--υ|--|
 Constat spondeo, & duobus Bacchiis. Ut:

נָחַר בִּיקְרָאֵי גִרְנִי *Exaruit inclamare me guttur meum,*
 דָּבַק לַחֲפֵי לְשׁוֹנִי: *adhasit palato meo lingua mea.*

CAPUT XIV.

DE TETRAMETRO

simplici sive פשוט.

UNicam speciem Tetrametri simplicis Poëtæ Hebræi exhibent, sub hac dimensione:

--|--|--|--

Ut omnes regiones constent solis spondeis. Exemplum.

אֲשִׁירָה נֶגְדָה שִׁיר נִכְבְּדוֹת :


בְּיַר הַטֵּב וּבְלֵי חִירוֹת :

*Canam age canticum honoratum,
 Declarando probè sine enigmatibus.*

Carmen Tetrametrum mistum,
 constans.

constans quatuor dimensionibus:
Habet tres species.

Prima Tetrametri misti forma hanc habet dimensionem;




Constat enim spondeo, Jambo, & duplici spondeo, ut:

קוּמָה אֱלֹהִים עֲזַרְתָּהּ
Surge Domine in auxilium.

לִי וְעֲנֵה בְצָרָתִי
Mibi & responde in angustia.

Secunda species Tetrametri hæc est:



Constat Jambo & spondeo alternatim positus, hoc est, Jambo in prima & tertia, spondeo in secunda & quarta. Exemplum:

Abscribendum erit

וְהוּא אֱלֹהֵי יְחִי גֵאֲלֵי :

וְצוּר חֲבֵלֵי בְעֵרַת צָרָה :

וְהוּא נָסִי וּמְנוּ סִי :

מִנֵּה כוֹסֵי בְיוֹם אֶקְרָא :

Nam

Nam ille Deus meus & vivus redemptor meus,
 Et rupes est, Sortis meae in tempore afflictionis,
 Ipse est vexillum meum & refugium meum,
 Pars est calicis mei in die, quo invocabo.

Tertia ac ultima Tetrametri species constat spondeo, & Jambo alternatis, sub hac dimensione

— | — | — | — |
 מַחֲלֵה יְחִיָּוֶה תִּשְׁבִּי
 דוֹמָם כְּמֶלֶךְ בְּשִׁבִי :

Quid tibi o solitaria, sedes,
 Silens instar regis in captivitate.

CAPUT XV.

DE PENTAMETRO, CON-
 stante quinque locis seu regio-
 nibus.

Habet hoc genus species quinque
 mixtas : (& potest habere totidem
 simplices.)

Prima

Prima Pentametri species ha-
bet hæc metra, Jambum, duos
spondeos, Jambum & Sponde-
um, sub hac figura dimensionis

— — | — — | — — | — — | — — |

Exemplum.

כִּיעַרְתָּ תְּהִיָּדָה רִבֵּן שְׁפוֹט צֶדֶק
וְאֵל תֵּט דְּבַר מִשְׁפָּט חֲרָלָה חֲדוֹלָה
שְׁנֵיהֶם שָׁמַע יַחַד וְלֹא תִשָּׂא
פְּנֵי רַל וְלֹא תִהְדָּר פְּנֵי גְדוֹלָה :

*Quo tempore fueris Judex, judica
justè,*

*Et ne pervertas rem judicii, abstinen-
do abstine,*

*Duo hæc animadvertite simul: ne au-
ferto*

*Faciem tenuis, neq; honorato faciem
magnatis.*

Primus versus cum dimensione
hujus speciei prorsus convenit. In
reliquis, nisi absorbeatur scheva in
דְּבַר, שָׁמַע, וְלֹא, versus erunt hy-
permetri. Suntq; hi versus ἀνάξυμτοι.
Secun-

SECUNDA species Pentametri habet hanc dimensionem.:

5	4	3	2	1
--	-v	--	-v	--

Ut in primâ, tertiâ & quintâ regione constet spondeis, in secundâ & quartâ Jambis. Exemplum.

נֶפֶשׁ אֲשֶׁר עָלוּ שְׁאוֹנוֹתָיָהּ

אָנָּה תִּשְׁלַח רַעֲיוֹנֶיהָ :

Anima cujus ascenderunt perturbationes ejus, Quo mittet suas cogitationes.

Tertia species Pentametri habet hanc dimensionem.

---	-v	--	-v	--
-----	----	----	----	----

In quatuor primis regionibus habet spondeos & Jambos alternatos: In quinto loco habet pedem trisyllabum simplicem Molossum. Exemplum.

עַרְתַּ שְׁעָרַי רָצוֹן לְהַפְתִּיחַ

יוֹם בּוֹאֲתִי כִפִּי לְאֶרֶץ שׁוֹמֵטִים

Cum

*Cum tempus est portas benevolentie
aperiendi,*

*Ipso die ero manus meas ad Deum ex-
pandens.*

Quarta species Pentametri hac
constat mensurâ | -- ∪ | -- | -- |
-- ∪ | -- | In primâ, tertiâ & quar-
ta regione habet spondeos: in se-
cundâ Jambum: In quintâ Bacchi-
um. Exemplum:

אֲמֵנָם לְבָרַךְ שֵׁם נֹרָא וְעִלּוּם
עַמִּי בְּשִׁיר קוֹמוּ וּלְכוּ לְשָׁלוֹם :

*Certè ad benedicendum nomini re-
verendo & excelso, Popule mi, cum
cântico surgite & pergite in pace.*

Quinta & ultima Pentametri spe-
cies, hac gaudet mensurâ;

| 5 | 4 | 3 | 2 | 1 |
| -- ∪ -- ∪ -- ∪ -- ∪ |

In primâ & tertiâ Jambis, in secun-
dâ & quarta spondeis, in quinta
Bacchio. Exemplum-

E

שמע

שִׁמַע קוֹלִי אֲשֶׁר יִשְׁמַע בְּקוֹלוֹתַי

וְהֵאֵרָה הַמִּקְבֵּל הַתְּפִלּוֹתַי :

*Audi vocem meam, qui audis voces
O DEUS, qui suscipis preces.*


CAPUT XVI.

DE HEXAMETRO.

Hexametrum est carmen, quod sub certâ quantitate, constat sex locis seu regionibus. Ad Heptametrum non progrediuntur, ne longior uno Spiritu ambitu versus excreseat.

Species Hexametri mixtæ constituuntur quinque;

Prima species Hexametri habet hanc dimensionem:




In primâ, tertiâ, quartâ & sextâ regione habet spondeos: In secundâ & quintâ Jambos. Exemplum.

נַפְשִׁי בְּמִצְוֹת אֱלֹהֵי יִפּוּ פְעָמַיךָ
 בְּתִי בְרוּכָה אַתָּה אֵלֹהֵי יִשְׂרָאֵל
 לֵכֵן בְּכָל-כֶּתֶף בְּשָׂרִי עֲלוּמַיךָ
 זְכֵרִי וְהַנְקִי מִכָּל-בְּדִילֶיךָ :

*O anima mea, in preceptis Dei, si pul-
 chri fuerint pedes tui,
 Filia mea benedicta tu es, dicet Deus
 tuus.*

*Idcirco omnibus viribus tuis pudoris
 adolescentia tua
 Recordare, ut munda te ab omni eru-
 gine tua.*

*Secunda species Hexametri hanc
 admittit dimensionem ;*



Ut in primâ, tertiâ & quinta regio-
 nibus spondeis : At in secundâ,
 quartâ, & sextâ Jambis constitua-
 tur : semper his pedibus alternanti-
 bus: Ideò hæc species ferè omnium
 difficilima est, quæ valdè gnarum
 requirit compositorem. Exem-
 plum,

E 2

גבר

גָּבֵר אֲשֶׁר תָּבִיא לְהַתְּפִיל לְבִירָה
 קוֹדֶשׁ וְצַפְצוּפָה כְּמוֹ צִפּוֹר דְּרוֹר :
 אֵיךְ מִפְּשָׁעֶיהָ תִּטְהַר לִבָּהּ :
 אוֹ תִמְצֵא בְּיָדָהּ לְנִשְׁמָתָהּ דְּרוֹר :
 פִּינָן בְּכָל כַּח לְבָרָה צוּרָה
 אוֹ יַעֲלֶה רִיחָהּ כְּרִיחַ מוֹר דְּרוֹר :

*O vir, qui venis ad orandum in domo
 Sancta, estq; quiritus tuus, ut avicula
 libera,*

*Quomodo ab iniquitatibus tuis mun-
 daturus sis cor tuum,*

*Aut inventurus sis illic anima tua li-
 bertatem:*

*Intentus esto omnibus viribus, benedi-
 cere rupi tuae,*

*Tunc ascendet odor tuus sicut odor
 myrrhae libera.*


*Tertiae speciei Hexametri hæc est
 dimensio; -- | - u | -- | - u |
 -- u | -- | In primâ, quartâ &
 sextâ spondeis, in secundâ Bacchio,
 in tertiâ & quintâ Jambis. Exem-
 plum.*

גָּבֵר

גִּבּוֹר אֲשֶׁר דָּת וְחֹק חֲרוֹת עָלָיו לִבּוֹ
 יִשְׂמַח וְיִשְׂשִׂי כְּגִבּוֹר עִירַת שְׁלוֹף חֲרָבוֹ:

*Vir, cui præceptum & statutum Dei in-
 scriptum est super cor ejus: Latabitur
 & gaudebit tanquam Heros tempore,
 quo stringit gladium suum.*

*Quarta Hexametri species hac
 constat dimensione;*



*In primâ, tertiâ, quartâ & sextâ spon-
 deis, in secundâ & quinta Jambis.
 Exemplum.*

לִבִּי מְאֹד יִחַמָּה כָּל-יוֹם וְלֹא יִשְׁקוֹט
 כִּי בְעֵרָה בּוֹ חוֹם עִם אֵשׁ מְלַקְחָתָּ:
 כִּי אֹרֶת אֲנוֹשׁ זָרִיז חָרִיף וּמְשַׁתְּדֵל

*Cor meum valdè tumultuatur quoti-
 die, neq̄, quiescit,*

*Ardente in ipso calore cum igne
 suscepto,*

*Cum videt hominem sollicitum, acrem
 & industrium,*

3

Quinta

Quinta species Hexametri hanc
requirit dimensionem:

6	5	4	3	2	1
---	-u	--u	--	--	--u

In primâ, & quartâ regione habet
Bacchios, in reliquis alternatos
Jambos, & spondeos. Exemplum.

בְּשֵׁם אֱלֹהֵי אֲשֶׁר יָצַר וְהָעוֹז בְּאִמּוֹתָיו
וְעָבַד וְיָצַר כָּל וְכִלְוֵהוּ פְעֻלוֹתָיו :

*In nomine Dei, qui formavit, & robur
est in verbis ejus, Quiq; disposuit, &
formavit cuncta, ac perfecit opera sua.*

Atq; hæc est utraq; Poëtica Hebræ-
orum, in sua naturâ satis declarata,
quarum prior est majesticata, poste-
rior delicata, ad rationes Gentilium
Poëmatum conformata. Studiosus
se prius in priore exerceat, quæ sim-
plicior, & cōstantior est, cum in hac
aliquo modo firmatus fuerit stu-
diosus ad delicatioris Metricæ exer-
citationem veniat, in quâ non inci-
piat ab Hexametris, sed à prioribus
speciebus, quæ simpliciores sunt, &
compositione faciliores.

Dia-

Diagramma seu delineatio omnium generum carminum cum omnibus speciebus.

	3	2	I	
Trimetri	---	-U	---I	
Species mistæ.	-U	---U	---2	
	-U	---	-U-3	
	---U	---U	---4	

	4	3	2	I	
Tetrametri	---	---	-U	---I	
Species mistæ.	---	-U	---	-U2	
	-U	---	-U	---3	

	5	4	3	2	I	
Pentametri	---	-U	---	---	-U	I
Species mistæ.	---	-U	---	-U	---	2
	---	-U	---	-U	---	3
	---U	-U	---	-U	---	4
	---U	---	-U	---	-U	5

	6	5	4	3	2	I	
Hexametri	---	-U	---	---	-U	---	I
Species mistæ.	-U	---	-U	---	-U	---	2
	---	-U	---	-U	---	---	3
	---	-U	---	---	-U	---	4
	---	-U	---	---	-U	---	5

E 4 CAP.

CAPUT XVII.

DE GENERIBUS CARMINUM
 & speciebus illorum, in novâ
 Metricâ.

Genera ergò carminum quatuor
 constituta fuerunt: quia brevi-
 or sententia vix carmine concipi
 potest. Nam integra sententia Di-
 metro nō potest comprehendi, idcō
 usus ejus apud Hebræos nullus est:
 Apud Latinos & Græcos aliquis, ut:
 Fusce Pharaetra. Pro longitudine
 autem periodorum, diversa etiam
 sunt eligenda genera metrorum: In
 brevioribus sententiis trimetra aut
 quadrimetra sunt adhibēda: In lon-
 gioribus autem prolixiores mensu-
 ræ, Pentametri aut Hexametri, usur-
 pandæ. Species metrorum hæcenus
 factæ, viginti & una, quæ quantitate
 & numero podiarum differebant.
 Possunt autem plures effingi adhuc
 species carminum, variatâ quantita-
 te in podiis seu regionibus. Sed suffi-
 cere jam istæ inventæ possunt, ad lu-
 sum

sum novæ metricæ, quæ contra naturam Orientalium linguarum est conficta, quæq; in Arabicâ lingua prorsus nullum habet locum, quia eadem puncta ibi manent in voce Etymologica & Syntactica.

Speciestrimetri 4. Tetrametri 3. Pentametri 5. & totidem Hexametri factæ sunt. Potest autem singulis hisce speciebus addi species **וְיָוֵעַ** quantitatis solummodò longæ.

Si igitur cum novâ metricâ confertur vetus, quaritur? an in veteri metricâ sint etiam genera carminū, Trimetra, Tetrametra, Pentametra & Hexametra? Ut autem de generibus veteris metricæ judicari queas, constituentur. 1. Modi dimetiendi. 2. Applicentur genera novæ metricæ. Modus metiendi hic est: Dimensio alia est totalis, alia partialis. Totalis est dimensio Pasukæa, quæ est totius sententiæ seu periodi comprehensio, quæ in novâ metricâ dicitur **בְּיָוֵעַ**. Cujus duæ sunt partes

E 5

וְיָוֵעַ

סָגוּר & דִּלְרָה, id est, Hexametrum
& Pentametrum simul sumptum.
Partialis dimensio est *Atnachæa*, vel
Sillukæa. *Atnachæa* dimensio, est po-
diarum numeratio ab initio versus
usq; ad *Atnach*. *Sillukæa* verò di-
mensio est dimensio podiarum seu
regionum ab *Atnach* ad *Silluk* usq;
ut: Job. 14.

אָדָם יָלוּד מֵאִשָּׁה קָצֵר יָמָיו
וְשִׁבְעֵ-רוּגָו :


*Homo natus, de muliere brevis est die-
rum, &c.*

Hic in voce רוּגָו est tota *Pesukæa*
comprehensio: Sed in voce אִשָּׁה
est *Atnachæa*.

Ad hos dimensionis modos novæ
metricæ, applicanda sunt vetera
carmina. i. *Dimetri*, cujus ante *At-
nach*, una tantum est *podia*, & post *At-
nach* etiam tantum una; Nulla spe-
cies in sacrâ metricâ invenietur,
propter nimiam sententiæ brevita-
tem. Vix etiam invenietur *trime-
trum* in utraq; dimensione, simul
mensu-

mensuratum. At Trimetra indistin-
ctis dimensionibus inveniuntur fre-
quentissimè, ita, ut ante Arnach con-
spiciantur tres podiæ, & totidem in
Sillukæâ. Utraq; hæc dimensio simul
sumpta facit Hexametrum.

Æq; frequentatum est Tetrame-
trum in utraq; dimensione, quæ si-
mul sumpta, facit Octometrum, re-
gionum octo: Forſan aliquot exem-
pla in ſacrâ metrica Salomonis &
Jobi offeruntur.

Pentametrum rarius occurret,
niſi prior dimensio duas podias, po-
ſterior tres podias, aut contra ſuppe-
ditaverint. Exempla ſacrâ, ſi quæ in
ſacris libris  occurrent, no-
tanda erunt.

Si Hexametrum in totâ compre-
henſione & utriusq; combinatione
dimensionis cernitur, tum Hexa-
metrum à geminato trimetro nihil
differt. Heptametrum forſan rarius
offeretur, cum dimensio Arnachæa
tres podias, Sillukæa autem qua-
tuor, vel contra exhibet. Hæc

Hæc sunt genera carminum in sacrâ metricâ. Si jam in singula genera & podias incidit quantitas syllabarum diversa, quâ novâ metricâ gaudet, sed fit id ex punctatione vocum propriâ sermonis puri accidit. Nam per accersitum ornatum metricum, qui est accidens orationis, per Grammaticæ puritatem factus, non gignitur quantitas syllabæ. Si itē in sacrâ metricâ rhythmus (transiens, vel conspicuus, vel laudabilis) offertur, fit id quoq; per accidens, ex concursu vocum; non ex consilio scriptoris.

Sic judicabuntur omnia metra in Bibliis, si modò fuerint adstrictiora metra: Ideò liberiora metra sacra, ut Psalmi Davidis, Mosis metrum, Deborahæ & aliorum, vix ad Salomonici & Jobæi dimensiones carminis reduci poterunt.

Quare metrica sacra est sola gravis, virilis & majestatica: Novâ verò metrica est mollis, delicata & luxuriosa, quæ veteri longè cedat.

CAPUT

CAPUT XVIII.

DE EXERCITATIONE

seu usu cuiusq; Hebræi textus.

USus est vel Analyticus, vel Gene-
ticus.

Analyticus est, qui textus singulos in sua Principia resolvit. Principia sunt vel sermonis, vel rei. Analysis sermonis, est Grammatica vocū consideratio. Ea fit expositione cuiusq; versus : vel Radicatione cuiusq; vocis. Expositio, vel voce vocem, vel sensum sensu reddit. Radicatio autem inquit in cuiusq; vocis originem, ut de illius certa constet significatione. Ea est vel Primæ intentionis seu Impositionis, vel primâ, flexa. Confusio harum significationum vocum, emphasin sæpè enervat. Ut Messias **יְכִיָּא**, Primâ significatione est, excindetur : Secunda inde deducta, & in foro Judaico valdè usitata, significat, supplicio horribili afficietur, quod Judæis est **כְּרִיָּא** publicum supplicium,

um, decollationis, exuscionis aut crucifixionis, &c.

Sensum sensu reddit, ubi singularum vocum nomenclatura admodum dura est, nec transferenti linguæ tolerabilis.

Talis est analysis sermonis: *Analysis* rei est, quando veterum textuum fit resolutio, vel in formam vel in materiam.

Analysis formæ, est resolutio Dialectica, quæ à capite ad calcem, quemq; textum considerat per Antecedentia & consequentia, quæve, *συνεπεία* vel *συνεχία* quæq; cohæreant & connectantur, eaq; singula definit, & dividit attentè in membris divisibilibus. Hic miro & creberrimo modo sese offert partium *διχοτομία*, sectio bimebris, etiam à Philosophis magnoperè laudata.

Resolutio textus in materiam fit, cum textus consideratur juxta qualitatem materiæ ad diversas scientias pertinentis: Ideò hîc fit textus
analysis

analysis Rhetorica, Historica, Physi-
ca, Topographica, Chronologi-
ca, &c.

Hactenus de analysi textuum: Se-
quitur illorum Genesis, quæ est
textuum imitativa expressio per
scriptionem. Scriptum hic confir-
mari potest ex quolibet textu, No-
menclaturale, aut Reale. Nomen-
claturale scriptum est collectio vo-
cum, ut nomenclatura Hebræa sal-
tem innotescat. Hæc digeri potest
in tres classes, 1. Nominum. 2. Verbo-
rum. 3. Particularum indeclinabili-
um ad primam classem referantur
omnia nomina textus, ad secundam
verba, ad tertiam מליו. Reale
scriptum est, quod per compositio-
nem exprimit textus sensum. Fit
hoc vel oratione liberâ, vel adstri-
ctâ.

Liberæ vel solutæ orationis scri-
ptum fit vel κατὰ πόδα vel liberi-
us. Κατὰ πόδα fit scriptum, cum
illud

illud absolvitur solis vocibus in textu repertis. Liberior scriptum est, quod ad plenius exprimendum sensum, etiam aliunde, alias assumit voces. Est hoc *עֲדָה פִּגְמָלִים* aut *עֲדָה פִּגְמָלִים*.

Paraphrasticum est, quod pauciores voces aliunde assumit. Ecphrasticum autem, quod phrasi copiosiore sensum textus reddit.

Hæc est imitatio per resolutam orationem: Adstricta vel metrica imitatio textus est, quæ orationem largè fluentem crepidine syllabarum vel etiam rhythmum, coercet.

Fit hoc metricâ veteri, aut novâ. Vetus orationem laxam in angustiam numero syllabarum per podias cogit. Nova autem metrica, orationem liberè fluentem constringit arctius, podiis, quantitate syllabæ, & rhythmum, horum duo posteriora vetus metrica ignorat. Hactenus
de Textum Analyfi &
Generi.


FINIS METRICÆ.

Lang JA 139

ULB Halle

3

002 265 419




Sb.

VD 77

-7-

[Handwritten scribble]







B.I.G.

Farbkarte #13

METRICA
HEBRÆO-
RUM,

7

vetus, quæ in
teris adhuc reliqua est:
va, quæ hodiè à Christia-
Judæis communiter
usurpatur:

Indicè comprehensa & exposita

PER
RENTIUM FABRICIUM
CANUM, Wittenbergæ per
annos Hebrææ Linguae
Professorem.

SAIÆ II. vers. 5.
זָמְרוּ יְהוָה כִּי גָאֹרַת עַמּוֹ
מִדְעַרְתָּ זִמְרַת בְּכָל-הָאָרֶץ

EHOVÆ, quia magnalia fecit:
illud in universa terra.



prelo suo Typographus
Witteb. CHRISTIANUS
Anno M. DC, XXIII.

